Hieronymi Dona … it.
Max. Oratoris V …

E St in ue … m
Beatiſſi … n
mos apo … tu
pietatis/omni reli … iq̃
pertinet in uniue … es
Quib⁹ ſecularis … m
bit. Peculiarius ta … ra
mur: q in ea urbe … as
unq̃ leges niſi Ch … iſi
catholicos excæpi … n
datoribus Chriſ … us
orthodoxæ nobili … &
quæ nullo alio q̃ … q3
noſtri genio glori … os
præcipuo ſtudio … in
terris Chriſti uic … io
morem Pater cle … ie
mis noſtris / ſi ull … er
excoluit: nunc pr … ri
animo ac mente … ne:
atq3 adeo hoc ipſ … pe
ctauerit/nihil op … no
enim ſuperiore q … ui
pontificatus nun … im
cœpit Senatus no … et:

Hieronymi Donati Doctoris apud Iulium·II·Pont·
Max·Oratoris Veneti in Obedientia Oratio·

ESt in uetuſto maioꝝ noſtroꝝ more poſitum Beatiſſime pater Iuli·II·Pont·Max· Summos apoſtolicæ ſedis Antiſtites/ omni cultu pietatis/ omni religiõis officio/ proſequi· Quod quãq̃ pertinet in uniuerſum ad omnes Reges ac principes Quib9 ſecularis cura cõmiſſi tuę fidei gregis incumbit· Peculiarius tamen id noſtri eſſe muneris arbitramur: q in ea urbe uiuimus & præſumus/ quæ nullas unq̃ leges niſi Chriſtianas agnouit: nullos ritus niſi catholicos excæpit: quo fit/ ut ea Ciuitas quæ a fundatoribus Chriſtianis ex profligato ſuis Sedibus orthodoxæ nobilitatis conuentu ſumpſit initium: & quæ nullo alio q̃ Chriſti conditoris/ redemptoriſq; noſtri genio gloriatur: id ſibi proprium cenſeat/ eos præcipuo ſtudio colere/ ac uenerari: qui diuina in terris Chriſti uice funguntur· Hunc proculdubio morem Pater clemẽtiſſime inſitum legibus atq; animis noſtris/ ſi ullo unq̃ tempore Senatus nr̃ libenter excoluit: nunc profecto ſub te Pontifice adeo alacri animo ac mente proſequitur: ut nihil hac occaſione: atq; adeo hoc ipſo momento temporis cupidius expectauerit/ nihil optatius ardentiuſq; cupiuerit· Anno enim ſuperiore quum primum fœliciſſimi huius tui pontificatus nuncius ad nos ꝑuenit: cogitare ſtatim cœpit Senatus noſter/ non ut ad te Oratores mitteret:

Sed ut ipſe accedere pręſenſq; ſine ullis internunciis Sanctitatem tuam uenerari: beatiſſimoſq; tuos pedes coram exoſculari poſſet. Mox elegit Oratores numero & dignitate (abſit quantum ad me attinet uerbi inuidia) ſi non tuæ amplitudini: certe quantũ potuit ſuo deſiderio pares: ut ea ratione Senatus ipſe potius q̃ legatio ulla beatitudinẽ tuã adire uideret͛. Sedulo deinde curatũ a nobis eſt / ut ad ſanctitatem tuam ea potiſſimũ occaſione temporis accederemus: qua officium hoc noſtrum oportunius: & tibi pro tua bonitate atq; clementia gratius fore intelligeremus. Eſt enim hac quoq; parte filioꝝ erga parentes pietas & religioſior / & ſanctior: Dum ſimul (id qđ debent) amant / & uenerantur: illud etiã omni ſtudio curare uti apte accedant / tempora idonea ſcrutentur & eligant: quibus omnia / uel obſeruãtiæ ac pietatis officia uberius & maiore cum gratia parentum exequant͛. Venimus ergo ad pedes beatitudinis tuæ Pater ſanctiſſime / & Senatus / urbiſq; / ac totius ditionis noſtræ nomine: Sanctitatem tuam / quanta poſſumus honoris prefatione / Salutamus / ueneramur / & colimus: te uerũ Chriſti uicariũ agnoſcimus / atq; in Beatitudine tua Chriſtũ ipſum ſummũ reꝫ omnium opificem & conditorem: ſed humani etiã generis redemptorẽ obſequentiſſime adoramus. Hoc ſane genus officii / qđ alioquin in ipſo tp̃is articulo agente Oratorem apud ſedem hanc ap̃licã Clariſſimo doctore Antonio Iuſtiniano uiro exactæ uirtutis & diligẽtiæ nõ omiſimus:

tecũ a nobis hoc tpe in tanto cõſeſſu & fide/ea animoꝝ
noſtroꝝ obſeruantia ac pietate tĩ ãſigitur/qua nec tu
maiorem experiri nec nos uberiorẽ afferre poſſumus
Nouam · n · & plenã incredibilis iucunditatis huius
muneris obeũdi rationẽ afferimus· Reuoluentes ani/
mo/quo ſtudio/quo affectu/quo ardore deſiderii/tuę
huius ad pontificatũ aſſumptionis gloria a nobis ex/
cepta eſt· Superioribus nãq; temporib9 quoties poſt
Sũmos Pont· uita functos/ expectabat̃ ſucceſſoris ele
ctio· Priuata affectus noſtri nuncupatiõe nemo unus
qui tantæ dignitati ſuccederet optari cõſueuit· Id dũ
taxat eſſe ſolebat in uotis noſtris/ut & bonus qſpiam
Pontifex & xp̃ianę plebi utilis eligeret̃· In te uero ad
hũc ſummi apoſtolatus apicem extollendo/q te incli/
natæ chriſtianæ rei neceſſariũ cenſebamus / depoſita
ueteri conſuetudine / in uniuerſum optandi te unum
priuatis animoꝝ nr̃oꝝ uotis popoſcimus/prius deſi/
derio nr̃o Põtificẽ apd̃ nos q̃ ullis eſſes ap̃licis ſuffra/
giis renunciatus· Nimiꝝ / incitabamur ad ſpem atq;
expectationẽ tui huiuſce põtificat9 ( id qd̃ negare nõ
poſſumus ) priuato etiã affectu cõſuetudinis & beni/
uolentiæ q̃ te ꝑ triginta & ãplius ãnos i Cardinalatu
ꝑ uarios euentus/ſucceſſuſq;/Senatus nr̃ eſt cõſtantiſ
ſime proſecutus:atq; ob id te eũ Pontificẽ cupiebam9
qui nõ tam uniuerſi cœtus fideliũ cõmuni cura: q̃ nr̃i
Senatus etiã priuata charitate parens pientiſſimus
& habereris & eſſes · Suberat tamen alia cauſa quæ
mirifice deſideriũ hoc nr̃m ſollicitabat/atq; augebat

qua te Pontificem ſummę integritatis/maximi animi
& mentis optimæ cuperemus·Pendebat ex futuri pa⸗
ſtoris expectatione ſollicitus grex xp̄ianus· Mortuo
enim Alexandro·vi·Pontifice: & paucos deinde poſt
dies Pio·iii·ardētibus rebꝰ oībus armis & bello/urbe
Roma ſeditionibus & tumultibus undiq; obſeſſa/ſub
ipſis mœnibus & ꝓpe ipſa in urbe/ xp̄ianoꝝ principū
potentiſſimis inter ſe cōcurrentibus ſignis: & qđ non
minus urgebat euerſis ꝑ præterita exempla pene oī⸗
bus fundamētis xp̄ianæ quietis:Quid aliud in tanto
ſedis apł̄icæ naufragio q̄ ſciſma certiſſimū formidari
poterat: Nunq̄ Saluatoris nr̄i tunica illa incōſutilis/
maiore in periculo lacerationis & ſciſſuræ uerſata eſt
Quoties longe leuioribus/q̄ ii tunc fuere tumultibus
in diuerſum tractis mēbris/corpus Romanæ eccleſiæ
impia & nefaria ſeparatiōe diductū atq; diſcerptum
eſt· Sed inde ſunt excogitata atq; admota tātis malis
remedia:unde expectari merito debuere·Sacroſctūs
hic ampliſſimoꝝ & optimoꝝ patrū qui tibi aſſident
cœtus:ineffabili cōſilio & mira prudētia tantos ignes
reſtrinxere:& ſuperata tempeſtate carentem ductore
nauiculam/in portū deduxere·Indiſciſſam & integrā
Chriſti tunicā ſeruauere · Affuit tam ꝓclaris conati⸗
bus Chriſtus Deus nr̄:Deus optimus: Deus q habi⸗
tare facit unanimes in domo: ipſe dedit uirtutem &
fortitudinē plebi ſuæ:inter tot tenebras/quibus iam
obſcurabat’ xp̄iana religio· Lux ſtatim orta eſt iuſto
& rectis corde letitia:naufragii & ſciſſionis timor oīs

expulſus eſt inter tot diſſenſionū ſemina/nudatis hinc inde pluſq̄ ciuili bello mucronibus/quū palatiū hoc apoſtolice ſedis/atq̃ adeo ipa principis apoſtolorum Limina atq̃ altaria armata uis/peſſimo exēplo ſecu-li nr̄i non tam obſideret q̄ poſſideret. Deus bone quæ maiora fidei nr̄ę miracula expectamus: in tanto rerū turbine/uno omnium nutu ac uoto Pontifex eligeris: coniectis in te uno Prudentiſſimis huius apoſtolici ſenatus oculis/omnis confeſtim diſcordiaꝝ occaſio pro fligatur. Romana curia quę in tormēto tantę oppreſ ſionis uocem amiſerat fari cępit: ſubito libertatem nō tam nominare aula q̄ profiteri. Nulla unq̄ mortaliū memoria in eligendo Pont. Summo concordia maior nulla preclarior: nulla ſalubrior. Hoc bonitatis & prudentię fuerit huius apl̄ici ſenatus/ſi tamen impri mis id diuinę fuiſſe prouidētię fateamur. Quapp pa ter ſanctiſſime poſt uenerationem & cultū/quē beati-tudini tuę Senatus nr̄i nomine quanta poſſumus fide preſtamus Simul iucunditate incredibili/atq̃ obſer-uantia incomparabili ſummi huius pontificatus cel-ſitudinem beatitudini tuę gratulamur: Gratulamur ro. eccleſię: Gratulamur orbi chriſtiano in maximis fluctibus/maximeq̃ aduerſa tempeſtate periclitanti ac deſtitutę nauiculę cum a Deo optimo gubernato-rem dari/qui ut nouit regere ita uelit & poſſit. Tibi hæc hereditaria facultas a xiſto pontifice patruo tuo/ quem ad pontificatus apicem merus honor Scientiæ & uirtutis euexit/ a quo in ampliſſimo hoc & Sacro

ſancto ſenatu apſtico collocatus/ eam ſemp̄ de te ſpem
ſpopondiſti/quã in hoc dũtaxat ſolio poſitꝰ/ pręſtare
poſſis·Sub ip̃o ſtatim flore iuuentutis/in ea dignita‑
te cõſtitutꝰ/& ad magnas res gerẽdas natꝰ: nihil unq̃
humile aut abiectũ cogitare potuiſti:auctoritate/cõ‑
ſilio/magnitudine animi/Semp̄ alios: Sępius te ip̃m
ſupaſti.Nõ conquirimꝰ hoc loco pater beatiſſime ela
borata dicendi ſerie laudes beatitudinis tuę:eaſqꝫ a lo
cis cõmunibus propriis ue/ambitioſa orõnis partitio
ne referimꝰ· Sit hoc uulgare & tritũ in laudibꝰ homi
nũ priuatorũ & coꝶquoꝶ leuiores aĩos p̄ua capiũt·
Altior eſt fortuna/ſublimiuſqꝫ culmẽ tuę dignitatis:
q̃ ut de tua gloria diſſerens quiſpiã ſe his legibus arc
tet atqꝫ alliget· Itaqꝫ nõ recenſebimus labores oẽs abs
te pro ro·eccſia ſuſceptos:recte atqꝫ innocẽter admi‑
niſtratas ſedis apſticę legatiões/id qđ tibi fuit aliqua
ex parte cõmune cũ multis:Illud tuę Sanctitati ꝓpri
um & a natura ipſa inſitũ atqꝫ innatũ maximis ſemp̄
in rebus maximo animo ab ineunte ętate uerſari·Pa‑
uloante ex phębis exceſſeras/ſumma dignitate ac po‑
teſtate pręditus:animũ ſemp̄ alienũ a mercenariis ſor
dibꝰ/a crudelitate atqꝫ rapinis habuiſti:manus/ſemp̄
innocentiſſimas ab oĩ labe ac cede ſeruaſti· Falli qdẽ
turpe & indignũ:ſed fallere impiũ & nefarium exiſti
maſti:Quo tenderẽt cõſilia populoꝶ & principũ bel
lo/pace/Induciis/fœderibus:quantũ præſertim ad ſe‑
dem apſtçam attinebat ſummo ſtudio aĩaduertere/tu
um putaſti·Patebat uero pridem domus tua apđ ędẽ

aplo℞ regibus/principibus/oratoribus/non minus q̄
hoc ipm palatiū pontificiū in uaticano oēs abſte qua
ſi oracula & reſponſa petere uidebant̄:qđ nihil ex ore
tuo fictū/nihil uariū/oīa plena ingenue rectitudinis/
plena integrę ueritatis ꝓdire compta ſunt·Quas uir
tutes ubi & oppreſſas & in oē nefas ꝓlapſas aliquādo
cerneres:Nō ſolū auertiſti oculos/ſed a romana curia
ſponte exulare paſſus es:q̄q̄ exulare nō pōt is/cui To
tus orbis terra℞ eſt patria·Genua & Sauona p̄clarae
atq antiquae liguriae urbes tuos uagit9 excepe:quas
hoc loco efferre Laudibus nihil ad te ptinet/quem ꝓ
pria uirtus & gloria prius ciuem nūc parentē oium
terra℞ effecit:quem nulli ſeorſum reip·aut patrię ui
det̄ adſcripſiſſe priuata cōditio naſcendi/natū ad Iu
uādos regendoſq mortales·Dū tibi parcus alijs mu
nificus hoc ipo tuos ꝓuentus in tuo cenſu recte ſemp
collocatos putaſti:qđ in alio℞ utilitatē & cōmodū cō
uertebat̄·Neq tn̄ magnificētiſſimis ſumptib9(qbus
regū gloriā ęquabas)qcquā unq̄ ſubtractū eſt abſte
iis opibus/quibus ꝓuentus ecclię iure debent̄·Indi
gentib9 ſemp lapſiſq in deteriorem afflictāq fortu
nā/p̄ſertim magnis uiris man9 tuę largiſſime patue
rūt:Inſtauratę abſte ędeſ/reſtituta tēpla/erectę arces
extructa monumenta/certiſſimo argumento ſunt:ut
qcqd in tutelā & curā comendationis tuae ꝓueniſſet:
id ſibi redditū inſtauratū & auctū tua largitate uide
retur·Scimus te pater ſanctiſſime opinionis & famae
gloria non concuti: Sed omnibus etiam tacentibus

& neſcientibus bene agere/ueram gloriã ꝑ utare.'Sed
nihil agis/inuolueris eodem/tua te gloria etiam inui
tum ſequitur:hinc tibi latior inter mortales Laudis
Campus emergit & merces ſimul amplior ex cœlo ꝓ
uenit.Quę.n.homini Chriſtiano gloria maior eſt:q̃
calcare ipos etiã humanę glorię ſtimulos/& mercedẽ
fructũq; uirtutis nõ ab hominibus/ſed a deo ſupremo
iudice hominũ expectare?Patere ergo Pater clemen
tiſſime quę bene geſſiſti/nos qua parte poſſumꝰ bene
dicẽdo ſimul in tuã gloriã & in alioꝝ exẽpla ꝓferre.
Et poſtq̃ in cãdelabro fidei & in ſolio chriſti ſaluato-
ris/es poſitus:Patere altiꝰ ſuſpici/& ueraꝝ laudũ tua
rũ ꝑfatio eſt noĩari:preſertim cꝫ de te nõ aliunde lau
des q̃ a te ipo referimus:in te nõ fortunã ſed fortuna
celſiorẽ animi magnitudinẽ admiramur.Facile.n.in
ſecũdis rebꝰ occaſio laudis obrepit/facile arridẽte for
tuna & uulgi fauore/comẽdatio bñ actoꝝ augeť.Atq;
ea demũ uera & legitima laus eſt quę ſuperatis peri-
culis/& uicta plerãq; fortuna cõtingit/Neqd tibi ad
exactã gloriã deeſſet:hac quoq; parte clarior effectꝰ
es.Nã quũ ꝑ neqtiã & ſcelus irẽt ꝑditũ oẽs boni/& res
te aduerſę plurimę opprimerẽt/ut romę ẽt ſine ꝑicu-
lo tibi eſſe nõ liceret/atq; ob id ſalubre ſecedẽdi cõſiliũ
elegiſſes:q te magnũ in ſecunda fortuna prebueras/in
aduerſa admirabilem preſtitiſti:qui nunq̃ contrahe-
re aut demittere animum uiſus es:Sed per tot turbi-
nes & ꝓcellas Sępius ẽt in uada propulſos/non ſolum
mergi non potuiſti:Sed ſemꝑ in ſublime niſu maiore

prodiſti/Donec depulſis tenebris te in hoc culmine ſũmi apoſtolatus & luce certiſſima primi ſacerdotii cõſpeximus expectatũ a cũctis gẽtibus/formatũq3 ad effigiẽ iuſtę atq3 a cęlo traditę poteſtatis: In qua te tã dẽ diuina ꝓuidẽtia cõſtituto/Speramus pr̃ Beatiſſime ut tot chriſtiani gregis ulcera nõ ſolũ ultra nõ ſerpant: Sed oĩno cicatrice iam obducta ꝑ ſanent̃. Nulla petri nauiculę ſub te pontifice uis tẽpeſtatis extimeſcẽda eſt/nulla ſeuiẽtis maris iniuria ſub te inq̃ ponti fice nato ad tolerãda ac ſuꝑanda pericula. Pauidis & de ſalute ſua dubitãtibus/chriſtus deus adfuit: Calca uit ſiccis pedibus maria. uentoꝝ rabiẽ uni9 iuſſionis momẽto cõpeſcuit. Idẽ tibi chriſtus ĩ te ipo aderit ſed forti ſemꝑ atq3 impauido. Chriſtus is quem tu refers in hac oris maieſtate/in hac frõtis ſerenitate quę erecta & apta ſemꝑ extitit ſedes ueritatis: quę idẽ ipa qđ chriſtus eſt. Quo autore creatus pont. eodẽ ẽt gubernatore oĩa chriſtiana religiõis incõmoda ſuꝑabis: Nemo nobis ampli9 deſꝑatas & quaſi cõclamatas res chriſtianas obiiciat: Nemo querat̃ ulteri9 infractas leges eſſe licẽtia/& emiſſariã quãdã atq3 infrenẽ impietatẽ diutius elata ceruice ꝑuagari: atq3 ita oẽ nos ſanctũ & ſacrũ/ profanatũ & uiolatũ uidiſſe ut in deteri9 res nullo pacto labi poſſe uiderent̃. Queſta eſt de ſuis tẽporibus oĩs ętas/ ꝑut ſe inculcare ſolẽt uitia/& ex occaſione tẽpoꝝ atq3 hominũ/aliud alio magis obtrepere. Set ſemꝑ nouus pont. habuit qđ tolleret aut emendaret: ea ſaltẽ quę ſua natura ulterius ꝓgredi nequeunt

in melioré ſtatum reuerti cogent. Hoc p̃r Beatiſſime tuæ gloriæ reſeruatū eſt. ut poſt certamen difficilius corona tuæ ſanctitati p̃clarior maiorq́ reddat̃. Nō negamus tn̄ ueterem & iuſtā eſſe querimoniā: qua p̄ tot ante ſæcula potius q̄ annos angunt̃ chriſtianę gētes. Hāc cū ꝓxime acceptis cladibus( q̄q̄ fortaſſe ad rem ptinet) in gratulatiōe & gaudio renouare nō uolumus: Quādo p̄ſertim iā abſte optimo pont. maximū remediū cōtra oīa chriſtianæ religionis picula/cōparari cæptū eſt: ſtudio qd̄ in beatitudine tua cōſpicimus Trāquillitatis paciſq́ chriſtianæ. Cōcuſſa & cōculcata eſt iā diu nollo nongenere belloꝝ chriſtiana reſpu. In qbus p̄ tot ætates qd egerint maiores nr̄i qd æuo nr̄o ac tpib9 ꝓximis nos ipſi/pſpectiſſimū eſt tuę ſanctitati: tā multa & uaria hoc loco cōmemorare nō opus eſt. Teſtis Italia Illyria/ Macedonia / grecia/& magna pars aſiæ: qd terra/ mariq́ ſubſtinuerimus: quos impetus nō min9 ꝓpriis pectoribus q̄ uallo aut menibus excepimus: Quæ incendia ui opū & ſanguinis reſtinxerimus: Quæ imminentia chriſtianæ religiōi picula neceſſariis modo pace modo indutiis declinauerim9 / ante murale tot cladib9/ iā trito & uulgari elogio & fuimus & ſumus. Sed nos ſeruauit incolumes / neq́ opprimi paſſus eſt chriſtus deus optim9 cuius tu uices geris in orbe terraꝝ q tā ardentem curā tuæ ſanctitati / chriſtianæ qetis Iniecit: ex qua tantis tenebris lucem ueriſſimā: tātis turbinibus tranqlitatem certiſſimā expectamus. Sub te nanq́ paſtore tibi a chriſto tradita & recte diſpenſata libertas nō in

pniciem aut excidiū tui gregis erūpit: Sed iā italicę
ſaluti ac publicę qeti accōmodata eſt: Inter turbatā &
erep. ā eccliæ pacem raſtituis: maximis ſtragibus de
uaſtatos populos in qete cōſtituis. Hæc uera laus eſt
ſummi pontificis ut quācūq; in ptem uertat oculos/
oīa māſuetiora/& plena pacis efficiat: atq; hoc pacto
nō tā maximus q̄ optimus cenſeat᷑. Grandis profecto
meſſis eſt & uindemia latiſſima in quibus ſummi pon
tificatus gloria & ſplendor exercetur. Varia in his ac
prope infinita ſunt oparii generis merita/euangeli-
cis laudata p̄coniis & celeſtib9 pcul dubio digna Tri
umphis. Sed unū ex his oībus/caput exerit & ſe alti9
tollit/ueꝝ dei donū/pax & cōcordia chriſtianæ ſocie
tatis: Pacis inq̄ nomen blādū/nomen amabile/nomē
ſanctū. ueꝝ ornamentū ſummi ſacerdotii/apl̄ici cul-
minis uera gloria. Hæc chriſtianos īter pcehit & eri
git: hæc deprimit atq; opprimit hoſtes chriſti. Hanc
tu pater beatiſſime iā totis uiribus animi/atq; omni
mentis ardore cōplexus es. Vnde tibi his tpibus Laus
maior? Vnde gloria celſior? Vnde Triūphus illuſtri
or? quā ex ei9 potiſſime cura negocii/qđ ip̄e tibi chri
ſtus iniūgit: Qui quū qua pte ueꝝ hominē p̄ſeferebat
morti obnoxi9 naturę cōcederet: merā pacē loco ſort
hereditarię Teſtamēto reliqt: Mox quū qua pte ueꝝ
deū pfitebat᷑/oēm mortis iniuriā reuiuēdo pfligaſ-
ſet/in tātę tropheo uictorię/idē mun9 pacis apl̄ico cę
tui retulit: qđ moriēs paulo añ teſtamēto reliquerat.
ueꝝ igr̄ donū dei merito pacē eſſe dixim9: q̄ nunq̄ po
tuit a diuinitate ſeiungi. Verum .n. uero ſiquis dili-

gentius reꝝ ordinē naturamq; ſcrutet̃: nihil inueniet
mentiū/unitate ac pace ſublimius· Ip̄a ſummi dei ſu-
premi reꝝ omnium opificis bonitas/in res a ſe cōditas
atq; ſeruatas nō nē q̄buſdā quaſi ſcatebris pacis ebre-
pit: dū in ſe ip̄o manens in oīa fundit̃/& in ſe immobi-
lis/mouet̃ in oībus: hanc ip̄am mundi molē in unū re-
digens cōtrarias elemētoꝝ naturas mutuo nexu cōci-
lians: oīa generat/oīa cōtinet/oīa ſeruat: Dū intellectu-
ales/animales/naturaleſq; uirtutes ſibi atq; ip̄as in-
ter ſe archana & ineffabili ꝓuidētia diſponit & regit
ut ſiqd in his oībus/ēt aut cōtrariū aut diuerſum eſt:
id unitatis & pacis cauſa uideat̃ effectū· Nec·n·cōiun-
gi qcq̄ poteſt niſi qđ prius aliqua rōne diſiunctū eſt:
Sed demū ubi fine adepto iungit̃: Splēdor diuinę bo-
nitatis elucet: cuiꝰ fructū in rebus oībus/ nullo uerio-
re q̄ pacis noīe poſſumus appellare· Pax finis poſtre-
mus & optimus reꝝ oīum eſt: Agitant̃ & ſatagūt oīa/
ut tandē pace/ſeu aliquo pacis ſimulacro fruant̃· Mū-
dus hic quē incolimus & in eo tot nationū & gentium
genera tunc deniq; oībus numeris letant̃ & gliſcunt:
quū pax oīa poſſidet· Nulla ꝓuincia: nulla urbs: nul-
la domus: Poſtremo nulla mens hoīs licet q̄ete atq; ef-
fectate ſolitudinis/ꝑōt ſine pace ſalua cōſiſtere· Quāto
minꝰ eccl̄ia fideliū: q̄/ut pacē ſemp̄ oībꝰ p̄cat̃· ita pace
ſublata/ip̄m imprimis eccl̄ię nomē & fructū amittit·
Qđ ne eueniat di ſipari & peſſūdari iubet p̄ ꝓphetā
deus gētes q̄ bella uolūt· Hęc oīa tu p̄r beatiſſime iā
ex alto ꝑſpicis/& deo monſtrāte ac iubēte cōplecteris

Feſſus ante tuos pedes procidit chriſtianus orbis/tot undiq; ciuilibus bellis oppreſſus (nam omnia quæ inter ſe bella gerunt chriſtiani populi ueriſſimo noĩe appellare poſſumus bella ciuilia uel potius bella fraterna) Feſſa Italia patrociniũ tuę ſanctitatis implorat Italia pturbata tot cladibus. Italia Sedes prima tui quem nũc ueneramur apoſtolatus Sine cuius quiete ſemp Pontifices ſummos perturbatio ſequitur/& Ro. eccleſiæ magna confuſio. Quid enim in Chriſti fide tutum & firmũ haberi poteſt ubi caput eius labat & fluctuat. Hoſtes tui Pater beatiſſime (quũ dico tuos hoſtes Chriſti hoſtes intelligo) hoſtes perfidi/hoſtes acerrimi/hoſtes non tam ſuis uiribus/q̃ chriſtianis diſſenſionibus ualidi pacem eccleſiæ non arma formidant: Ter ſtatis horis quotidianis/imprecationibus flagitant & augeantur chriſtianæ diſcordiæ: Quæ quoties uiguerunt atq; eruperunt tum maxime incenderunt igni ſanctuarium dei: polluerunt tabernaculum nominis eius: diſſipauerũt hereditatẽ Chriſti conculcauerũt in terra nomen eius. Solum in tantis malis remediũ preſentaneũ & promptũ eſt: id quod ſæpius dicere nõ pigebit in optimo Pontifice/ſtudiũ tranquillitatis paciſq; chriſtianæ. Nunc demũ ſub te Pater beatiſſime exagitata Ro. curiæ concurſatio conquieſcit. Dať aliquid laxamenti chriſtianæ libertati Silent uoces illę quas in gregẽ Chriſti partim dolor partim indignatio fundebat: ius faſq; in preceps ferri crudelitati & rapinis nec beneficia/nec patrimonia/

nec ſanguinē facere finem poſſet· Sūma bona omnia/ ſummis malis inuerti·Agunt omēs Deo ſummo atq; immortali gratias q te Pontificē nobis tribuit/ pacis autorem/ maximi animi/ maioris clementiæ/ bonitatis immenſæ:cui iā ſordent chriſtianæ diſcordiæ:q tot cædes/parricidia/& ſcelera/qbus Roma occalluit nō potes uidere/ nō potes audire/nō potes diſcere:a quo nō alunt̃ monſtra/ nō plagiarii/ nō ſiccarii/ nō adroſores aplici patrimonii:ſub q° reddit̃ Ro·ecclię libertas/ reddit̃ dignitas/ redditur honor priſcus· Huic tam ardenti ſtudio tuæ ſanctitatis iuuandi legatā Chriſti teſtamēto cōcordiā/ nihil difficile futurum eſt: qa in eo negocio nō habes a quo hoīe magis implorare poſſis auxiliū/ q̄ a te ipſo·Deū ſolū poſtulamus/oramus atq; imploramus/ hāc beatitudinis mentē ſanā/ erectam/ optimā/ fœliciſſimis auſpiciis proſequat̃/ ad te ſemp reſpiciat/ in te ſemp hoſpitet̃ Studiū uniuerſæ pacis & Romanæ atq; Italicæ qetis in beatitudine tua foueat/ augeat/ illuſtret/cū quo pietas/religio/ſanctitas/templa delubra/ Sacrificia ſolemnia ſub te in honore ac culmine collocata & ſeruata gens chriſtiana conſpiciat·Satis hæc uideri poſſunt loco & tempori/ nō rei magnitudini neq; deſiderio nr̄o · Et qn̄ iā (id qđ precipuū erat) in te Chriſti uicario Senatus noſtri nomine Chriſtū agnouimus atq; adorauimus pontificiū culmen/ tuæ ſanctitati gratulati ſumus/bonitatem atq; clementiā tuæ beatitudinis in neceſſario ſtudio pacis extulimus · Quod

reliquū eſſe uidet̃ pro tuo in nos clemētiſſimo aīo: ac
uere paterno: gratias tibi agimus ſempiternas atq;
imortales: & q iā in medio cordis nr̃i fines tuę ditiōis
& ptātis agnoſcimus. Senatū Venetū hoc ipō in loco
apud beatitudinis tuę pedes ſiſtimus tuo/tuæq; ſedis
honori ac cōmodo dedimus ac dedicamus. Is tuæ ſan-
ctitati quicqd uiriū/opum/ditionis/fidei deniq; ac
bonæ mentis poſſidet: ut deo imprimis accepta refert
ita tibi adſcribit/traditq; in manu ac poteſtate beati
tudinis tuæ. Quæ oīa alioquin poteras tibi tuo iure
uendicare anteq̃ eſſes Sūmus Pontifex. Nūc uero q̃to
magis poſitꝰ in ſolio Christi. Parens cōmunis omniū
noſter etiā precipuus effectꝰ. Tuæ iā in nos clemētię
ac pietatis ſit/nos reſq; nr̃as amplecti/fouere/tuas
putare in tuo cenſu ponere. Noſtræ uero fidei atq;
obſeruātiæ illud curare: ut ſedis huius apl̃icæ/& tuæ
btītudinis tuorūq; gloriæ ac cōmodis nulla ex parte
deeſſe uideamur. Interea religioſiſſimū cū orthodoxo
Senatu nr̃o ducē/ciuitatem liberā: quæ nemini unq̃
ex quo eſt condita niſi deo/cui oīa ſeruiunt/ſeruire
potuit. Ditionē oēm libertatis nr̃æ ſociā/beatitudini
tuæ/ſtudioſiſſime atq; enexiſſime commendamus.
Poſtremo Deū optimū rogamus atq; obſecramur: ut
ſumma cū animi tranqllitate/atq; omni ſoſpitate cor
poris cōceſſa/quiete tempoꝝ in hoc tuo ampliſſimo
pontificatu: diuinæ imprimis uoluntati/deinde tuæ
gloriæ ac noſtræ ſpei/quā cumulatiſſime ſatiſſacias.

DIXI.:.